

Libri

adventu assyrioz audito. Gabaa saulis: ciuitas in qua tem-
pore saulis fuit sedes regia. Uel dicitur ad differentiā: qz duq; sūt
ciuitates huius nois. **a** Hinni voce tua. i. nimio vula-
tu more equorū. **b** Filia gallum. Filia gallum dicit ciui-
tatem conditam a gallum & possessam. Itēm gallum est nomē
montis: in quo erat ci-
uitas que dicitur filia
gallum. Aliqui dicunt
filiam gallum hierusa-
lem. ppter nois interp-
tationem: Gallum enī
interptat transmigra-
tio eoz: & sic innuit p
pheta trāsmigratione
futuram. Uel: **Filia**
gallum. i. ciuitates et
terra iuda/ per quā
trāsiet: & hinniet p
more exercitus/ sicut
būnus equus. **c** Attende laisa/ ciuitas iude. i. diligentē
declina impetum currentis exercitus. **d** Da uercula
anathoth: alia modica ciuitas: attende diligenter impetu
hostiū. **e** Digravit medemēa/ ciuitas alia/ iam su-
git p̄ timore. **f** Habitatores gabini/ illius ciuitatis q̄
est in montib; sita: **g** Cōfortamini. q. d. vos q̄ habitatē
in collib; arripite arma: qz etiā vob; non est securitas. Ita le-
git l̄ram Hiero. **h** Aut legit bay. **i** Digravit medemē-
na: non medenna fīm Bay. i. iam fugit solo auditu pterrita.
j Habitatores gabini/ etiam iam fugerūt. Et postea lo-
quitur sennacherib; exhortans milites suos ad laborem vīe:
et consolans eos quia sufficit dies adveniendū in nobe: et po-
nunt ibi nocte tentoria: & mane veniat i herlm. Et dicitur he-
brei q̄ sennacherib; audierat ab augurib; & diuinis suis: q̄ illa
vice nō caperet hierlm/ nisi illa die videret eā: et iō festinabat
exercitū: v̄l poti; vt mane venies ex improviso maiore stragē
sacerter: & tra fīm Baymo. incipit hic versus. **L** onsortami-
ni: dicit sennacherib; ad exercitum suum: **b** Adhuc dies
est vt in nobe stetur. q. d. adhuc magna hora diei est: vt
bene veniamus in nobe: et ibi pnoctemus. Dicit Bay. **M** obie ciuitas est in iudea: de qua fuit iesb; vñus de triginta
principib; dauid. Sed contra. i. Reg. xxij. c. dicit: Defici-
te dauid iesb; de nobe n̄s; est p̄cutere dauid: quō ergo fuit
vñus de triginta principib; dauid: Immo ibi exp̄sse dicit: q̄
fuit de genere arapha philliste aduersari dauid: quē infecit
abisai. **P** r̄terea. q. Reg. xxij. vbi numerant principes da-
uid/ non ponit iste iesb; de nobe. **S** fore binomius fuit: et ibi
sub alio noīe numeratur. Deinde loquitur p̄pheta de sennache-
rib dicens: **i** Agitabit manū suam/ sicut minantes so-
lent facere. **k** Super montem filie sion. i. super ipsaz
arcem. **l** Collem hierusalē. i. et super hierusalē. Sion
enī mons est: in cui; colle est hierusalē/ et arx sua turris su-
perioris. **m** Ecce dñator r̄c. Sexta pars: in qua reperit
p̄pheta de extirpatione sennacherib; ad maiorem iudeoz
consolationē. Dicit ḡ p̄phete: **m** Ecce: id est in proximo:
n Dñator dñs exercitū confringet lagunculaz
in terrore. i. exercitum sennacherib in puluerem rediget: sic
laguncula lutea: i cuius p̄fractione terret qui luxta ē: sic sen-
nacherib territus fuit in p̄fractione exercitus sui. **o** Et ex-
celsi statuta. i. superbi principes exercitus sennacherib:
p Succidēta vita vel a terra sua. **q** Sublimes:
id est reges & ali; maiores de exercitu. **r** Humiliabunt:
id est deinceps in mortem. **s** Et subuertent p̄densa
saltus. i. multitudine exercitus: **t** Ferro. i. angeli p̄cessione
sicut saltus succiditur ferro. **u** Et libanus cum excel-
sis cadet. i. se sennacherib cum suis principib; occide-
tur: non ibi sed postea in terra sua cecidit gladio fillorum
suorum. De hac expositione nulla est Bay. nisi h̄c p̄lunctio:
sed posita super illud: Ecce dominator: que reuera mittit ad
hāc expositionē. Bay exponit de christi passione: & iudeo-
ru de destructionē facta p̄ romanos hoc modo. **v** Ecce certū

Esaie

tudinis signū est. **w** Dñator dñs exercitū. i. de pa-
ter. **x** Confringet. i. p̄ fractionē exponet. **y** Lagun-
culam. i. carnem christi fictilem & terream sicut nostra est.
z In terrore: quia terremot⁹ fact⁹ est magn⁹: et oēs per-
territi sunt iudei. Et nos simili debemus terreri: quia si de⁹ Bo. 8. f.

ap̄lio filio suo nō pe-
percit: quomodo par-
cer nobis. Et si in virti-
di h̄c facta sunt: i ari-
do qd fieri: Luc. xxij.
e. Et qd dicitur b. cō-
fringet dñs/ habet si-
miles Matth. xxvj. e.
Percutiam pastores
et disp̄genit oves gre-
gis. Et exponit si-
militer: Percutiam. i.
percussio exponam.
Zach. xij. c. dicitur:

Percute pastorem: Et est vox patria ad iudeum: non q̄ ac-
tionem eius p̄cepit: quia mala fuit: sed passionē christi p̄-
cepit quia bona fuit. Uel percute permisive vel predictive.
r Et excelsi. i. iudei cōtumaces & superbi. **s** Succidē-
tur a terra sua per romanos. **t** Et sublimes. i. princi-
pes phariseorū & scribe: **u** Humiliabunt: et ideo deince-
ps. **x** Et subuertent p̄densa saltus ei⁹. i. populū hier-
usalē: que sic vocatur ppter multitudinē populi. **y** Fer-
ro romano. **z** Et libanus. i. templum de lignis libani
edificatū. **a** Cum excelsis. i. cum sacerdotib; cadet. Oz
autem noīe libani accipiatur templū: dicit Zach. xj. a. Ap-
ri libane portas tuas: & deuoret ignis cedros tuas.

o Legredie r̄c. Non tenet ordi- **Expo. Ca. XI**
ne historie esatas: sed p̄posteroā p̄cedit more p̄-
pheticō. In fine enī p̄cedentis capituli: egit de pa-
sione dñi & destructione iudeoz: in hoc agit dñ nativitate dñi:
et vocatione gentium. Et dividit hoc capitulū in qnq̄ p̄tes.
In prima agit de christi nativitate: & plenitudine donoꝝ ei⁹.
In secunda de iusto iudicio eius: ibi: Non fīm visionem
oculorū iudicabit. In tertia de pacifica & concordi cōba-
bitatione conuersorū ad fidē: ibi: Habitabit lupus cum
agnō. In quarta de christi passione: et dispersione israel
p̄greganda ad fidē: ibi: In die illa radix r̄c. In quinta de
predicatione apostolorū: per quam facta est cōgregatio: ibi:
Et leuabit signū r̄c. Hebrewi vo hoc capitulū exponit
de iōsia rege iuda sanctissimo: qui destructionē idolatrārum
quā ezechias incēperat p̄sumauit: et ossa pseudo p̄phetarū
combūssit: per quos idolatria fuerat exaltata. Et fīm hoc di-
viditur capitulū in tres partes. In prima agit de iōsia & san-
ctitate eius: et quō reuocauit illos qui de decem tribubus re-
manserant. In secunda agit de redditu duarum tribūnū a capti-
uitate babylonica: ibi: Et erit in die illa adiūciet dñs r̄c.
In tertia agit de desolatione egypti facta per alexandru ma-
gnū & redditu iudeoz qui erāt ibi in captiuitate: ibi: Et deso-
labit dñs linguam maris egypti r̄c. Dicit ergo: Ita
cadet sennacherib: et postea: **b** Legredie r̄c. i. orietur:
c Cirrga. i. iōsias qui malis fuit virga corrigēdo & flagellā-
do. **d** Deradice iesse. i. de stirpe dauid. **e** Et flos:
id est ipsem iōsias: qui fuit flos bonis cōsolādo & reficiēdo:
f De radice eius. i. iesse. **g** Ascēdet in solium regnū.

h Et requiescat sup eū
i Et egredie r̄c. Aliā expositionē quā p̄ncipalē exponit Secunda
glosulę: et q̄ vñlōr est p̄sequamur. **b** Et egredie vir-
ga de radice iesse: id est gloriosa virgo nascetur de stirpe
dauid. **e** Et flos de radice eius ascēdet: id est chā-
stus de eadem stirpe orietur. Ex hoc loco vt dicit Hiero. i.
sumptum est illud Matth. q. d. Magareus vocabit r̄c. Nec
est ociosū: vt dicit Origenes sup Numeri. xvij. q̄ virga di-
citur exire: et flos ascendere: quia qui de celo venit sup omnes
est: Job. iij. d. Et nemo ascendit ī celum/ nisi qui descendit de
celo sūb hoīs q̄ est in celo: Job. iij. b. j. xij. a. Ascēdet vñs sup
** vñbem leuem.

a Et requiesceret super eum. l. losiam. b Spūs dñi: in q
expansus eius sanctitas: quia ubi spiritus dñi: ibi libertas. n.
Cor. iij. d. c Spūs sapientie et intellectus: quia sa-
piens et intelligens fuit. d Spūs filij et fortitudinis:
quod magni consilii et fortitudinis fuit. e Spūs scientie et
pietatis: quod sciens et
pius fuit. f Et re-
plevit eum spūs ti-
moris dñi: quod in oib
timorat fuit: ut patet
in Reg. xxxi. et xxxii.
g Nō fin vi.

Sedēda expositio v. nubem leuē. Sed mirū videb̄ q de radice dicit flos ascen-
dē cum portius de ramo nascaſ. Sed in h̄ spūtaſ heres̄ quo-
rundā: qui dicebāt ch̄ristū de virgine carnē non assumptissimē:
sed de celesti ethere sibi corp̄ fecisse: et sic se in vterū v̄gīnis
trāstulisse: et postea natū esse. Sed plene p̄uincit eos elatas:
qz flos de radice egressus est. Eliminat etiā heres̄ alioz: q
dicunt q in adam reseruata fuit quedam particula carnis suę
incorupta: que per successionē trāffusa est de uno in alterū
totalē v̄sc in virgine: et de illa formata ē caro ch̄risti. Sed
apte mentiunt: qz sic nō ascendisset flos de radice fesse: sed d
virga tm̄. dicit aut̄ virga glorioſa virgo: qz gracilis p̄p̄ re-
rum et spūs paupertatē: modica per humilitatē: recta q chari-
tatem: plana per peccati imunitatē: flexibilis per compassio-
nem: cortice tecta per solitudinis amorem: arcens canes. l. de-
mones a nobis per deuotā orationē: erecta sursum per iugē cō-
templationē. Hec est virga que deuorauit serpētes magoz/
Exo. vii. b. Hec est virga sup̄ cui⁹ caput adorauit iacob: Gen.
xlvij. g. Hec est virga que diuulit mare rubrū ut transiret libe-
ri filii israel ad terrā promissiōis: Exo. xliij. d. Hec est virga
aron q frōduiſ et floruit et fructu ſēc parit: Numeri. xvij. c.
Hec est virga que fecit aquas de petra fluere ut bibetur filii
israel et cessaret murmuratio: Numeri. xx. b. Hec est v̄ga q
p̄cessit duos duces moab. l. supbiā et luxuriā. Numeri. xxiiij. c.
Orientur stella ex iacob: et p̄surget virga de israel: et p̄cutit du-
ces moab. Hec est virga que cōſolat peccatores. P̄s. Vir-
ga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Hec est virga
cuius summitate terigit angelus panes et carnes gedeonis: et
ascendit ignis de petra et cōſumpit oia: Judicij. vi. d. Et tu
si terigeris hanc virgā affectu p̄le oratiōis exhibet ignis cha-
ritatis de ch̄risto et consumet omnia consumēda in te. Hec est
virga odorifera. Cant. iij. c. Quę est ista que ascendit p̄ de-
ſertum sicut virgula fumi ex aromatib⁹ myrrē et thuris: et
vintueri pulueris pigmentarij. Hec est virga aurea cu⁹ ſum-
mitatē hester deosculans grata effecta est regi: Hester. v. a.
Hec est virga qua mensurātū est templū: Ezech. xl. a. Et tu
si vis esse de templo necesse habes hac virgā mēſurari. Hec
est virga decoris: cui virga funiculi sociat. Zach. xi. b. Assū-
psi m̄thi duas virgas: vnam vocauit decorē et alterā funicu-
lū. Hec est virga que sola daf̄ p̄dicatorib⁹ ad portandum ſecū
in via. Marci. vij. b. Pr̄cepit eis iesus: ne qd tollerent i via
nisi virgam. Hec est virga que data est iohāni ad metiendū
templū. Apoc. xj. a. Hatus est mihi calamus ſimilis vir-
ge. Hec est virga ferrea terribilis dēmonibus. P̄s. Reges
eos in virga ferrea et. Hec virga lignea est et fertiliſ homini-
bus. Numeri. xvij. c. Ingressus in oib⁹ iuenit germinasse vir-
gam aaron in domo leui. l. c̄charie. Hec est virga aurea et
delectabilis angelis. Hester. xv. d. Tuit rex virgam aureaz
et pofuit ſuper collum eius et oscular⁹ eam. Et ut breuiter
concludam: Hec est virga que ſola omnes regit et dirigit in
regnū filii ſui. Unde P̄s. Virga directiōis: virga regni tui.
Iudeus de ſuo messia hoc exponens: pro eodem accipit vir-
gam et florem. Sic et quedam Glo. ch̄ristum et virgam et flo-
rem accipiunt. In virga nanq̄ regnantis potentia: in flore
virtutum fragrantia designatur. Ipoſe fuit virga tumidis: qz
contumaces et rebelles compescuit. Unde Hiere. i. c. Virgā
vigilantem ego video. Flos fuit mansuetis: odoze gratię mo-
do reficiens: et fructum glorię in futuro p̄mittens. Cant. iij.
a. Ego flos campi et liliū conuallisti. Sequitur: a Et re-

quiesceret super eum spirit⁹ dñi: id est ch̄ristum: trāſitue
vel intrāſitue: id est spirit⁹ qui est dñs: i. quo est libertas:
ij. Cor. iij. d. Quia spiritus est deus: Job. iij. d. qui in solo
ch̄risto plenissime requeuit: quia mansit et nunq̄ recessit. Job.
i.e. Super quem videris spiritū dēſcendentē et manente: ip-
ſe est q̄ baptizat. Itē

e silij et fortitudinis: spiritū
scientie et pietatis: et réplebit
eum spiritus timoris dñi. f
1. Pet. 2. d.

ſtia cuiusq̄ peccati: quia p̄tm̄ non fecit: n̄c inuenit⁹ est do-
lus in ore eius. i. iij. c. In alijs autem fum⁹ vel ſtūliſtū v̄l
mala v̄xor expellit spiritū de domo ſua vel moleſtāt: Pro-
verb. xxvij. c. Tū legit Numeri. xj. f. C̄ ſequiuſſet in eis
spūs p̄phetauerūt: nec v̄ltra ceſſauerūt. Et Zach. vi. b. Qui
ingrediuſ ſtāram aquilonis: req̄elſere fecerūt ſp̄m meum in
terra aq̄lonis. Sed non est h̄ec requies plena: quia non ha-
bet illa que dixim⁹ que in ſolo ch̄risto fuerūt. Uel in ipſo reque-
uit ſp̄s dñi: quia in ipſo ſolo habitauit plenitudo deitatis cor-
poralit: Col. i. b. In euāgelio naçareorū qd̄ hebraice ſc̄ptū
eſt ita habetur. Factū eſt cū aſcedidet dñs de aqua: dēſcēdit
ſons omnis ſp̄s: et requeuit ſuper eum: et dixit ei: Expec-
tabam te fili in oib⁹ p̄phetis: ut ventres et requiescerē in te:
tu em̄ es requies mea: tu es fili⁹ meus p̄mogenit⁹ q̄ regnas i
ſempiternū. Fuerunt autem iſti naçarei: illi primi fideles ad
opus quoq̄ fecerūt apli collectas in hierusalē: quib⁹ erat cor
vnū et aia vna: Act. iij. f. Qui de gestis dñi euāgelij ſcrip-
ſerūt veriſſimū: ſed p̄pter ſacramētū noſtri non eſt receptrū
cū alijs. H̄i ſpecialit dicebāt naçarei a iſeu naçareno: gene-
ralit oēs fideles dicebāt diſcipuli: qz nōdū erat iuentū nomē
christiani: qd̄ poſtea iuentū eſt antiochij. Alio modo dicunt
naçarei: fm̄ legē que habet Numeri. vi. a. Deinde q̄lis vel
quiſ ſit ille ſp̄s q̄ in eo requeuit: oſtēdit p̄ effectū multiplicē.
d Spūs sapientie. l. dator et intellect⁹: d Spūs co-
ſilij. l. dator et fortitudinis: e Spūs scientie/dator
et pietatis: f Et repleuit eum ſp̄s timoris dñi/dator
l. quo tunc dñs. Hanc expositiōne inauit Glo. Hiero. que
dīc: Sicut ſermo dei. i. fili⁹ dei: lux et vita et resurrectio vo-
carū. Lux: Job. i. a. et. viij. b. Vita: Job. xiiij. a. Et resurec-
tio: Job. xj. c. Sic ſp̄s sapientie et intellect⁹: cōſilij et fortitu-
dinis: ſcientie et pietatis et timoris dñi: non q̄ diuersus ſit lux
et differētias nominū: ſed vn⁹ et idē eſt ſons cunctarū virtutū.
Vñ. i. Cors. xij. a. Diuiliſōes grārū ſūt: idem aut̄ ſp̄s.
Deinde inſert Hiero. in Glo. Sine ch̄risto q̄ nec ſapiē q̄s
ē: nec intelligēs: nec p̄ſiliari⁹: nec foris: nec erudit⁹: nec p̄l⁹: nec
timore dñi plen⁹. H̄i ſt ſepte oculi i lapide vno: Zach. iij. d.
H̄e ſunt ſepte mulieres q̄ apphendit virū vñū. s. iij. a. H̄e
ſunt ſepte lucerne candelabri: Exo. xxxvij. c. H̄e ſunt ſepte
ſtelle in dextera filij hoīs: que v̄dit iohānes vēſtitū p̄dere:
Apoc. i. d. H̄e ſunt ſepte lampades ardētes ante thronum:
Apoc. iiij. b. H̄e ſunt ſepte cornua: et ſepte oculi agni occisi
et ſepte ſp̄s miſſi in oēm terrā: Apoc. v. b. Uel intrāſitue.
d Spūs sapientie et intellect⁹. i. ſp̄s q̄ eſt ſapia: et ſp̄s
q̄ eſt intellect⁹. l. ſapiētia et intelligētia ſp̄ualis: non mūdāna:
nō diabolica: nō aialis. d Spūs filij et fortitudinis:
id eſt cōſilij et fortitudo ſp̄ualis: nō carnal: de q̄ dictū e. s. v. e.
Ue q̄ fortes eſtis ad mīſcendā ebrietatē. e Spūs ſcientie
et pietatis. l. ſc̄ientia et pietas ſp̄ualis: nō mercēnaria vel car-
nalit. f Et replebit eum ſp̄s timoris dñi. l. timor ſpi-
ritualis nō ſervit. De q̄ Ro. viij. c. Nō accepſtis ſp̄m ſer-
uitur ſiterū in timore: ſed accepſtis ſp̄m adoptiōis: in q̄ cla-
mamus abba pater. Sed quo ſuit ch̄rist⁹ plen⁹ timore: Con-
ſtat enī q̄ timore initialē non habuit: qz p̄feciſ ſcharitas fo-
ras mittit timore. i. Job. iij. d. Itē filiale timore q̄ alijs ti-
met offendere p̄iem: vel ſepari ab eo: conſtat q̄ neutrū iſto-
riū timuit ch̄rist⁹: ergo nō habuit filiale timore: q̄ nullū: Quō
ergo repleuit eum ſp̄s timoris dñi: Sol. Ad h̄ dicūt quidam
q̄ repletus ſuit ſp̄ timoris dñi in mēbris ſuis: timore initiali

Libri

a Non sum visione oculorum iudicabit. i. sum facies sed sum veritate. q.d. Non accipiet in iudicio personam. b Neque sum auditum aurium arguet. i. propter auditum tuum non procedet ad increpationem vel damnationem aliquorum. c Sed iudicabit in iusticia pauperes; sine personarum acceptio. d Et arguet in egiitate pro malueris terre; id est increpabit et corripit oppressores humilium; et in egiitate faciet. i. in iusticia dulcore misericordie temperata. f Et percutiet terram. i. terrenos. i. malos. g Virga oris sui. i. egiitate iudicij. i. recte iudicabit et increpabit eos. h Et spiritu labiorum suorum interficiet impium; id est indignatio contra idolatras interficiet eos. k Et erit iusticia cingulum lumborum eius; id est castus et iustus erit ex omni parte: sicut cingulum rotum hominem circumdat. m Et fides cinctorum renu ei. i. fidelis erit in omnibus.

Secunda expositio. * in imperfectis: filiali in perfectis. Pro nihil ergo excipit. **Glossa**. timore servile: quia istum timorem habet in pluribus: nisi forte dicatur quod illi qui timet servum: non sunt membra nisi putrida. Ut potest dici quod timor filialis tertium viuum habet. i. reuerteri: et quo ad hunc viuum plenissime fuit in christo. Qualiter autem inter se differant haec septem dona vel querantur: dicit Gregorius. super mort. ca. 32. Job. j. vbi agit de septem filiis eius hoc modo. Sapientia de ethno- rum spe mente reficit: intellectus de auditibus cor illustrat: consilii ratione animi impletus phibens esse precipit: fortitudo confidentiam contra aduersa trepidanti dat: scientia ignorantiam pellit: pietas opera misericordie docet: timor dum mente premit ne de presentibus superbiat: spe futurorum confortat. Et ita minor est sapientia si intellectu careat: inutilis intellectus sine sapientia. Tunc est consilium sine fortitudine: fortitudo sine moderamine rationis incepit ruit. Nulla est scientia sine pietate: pietas sine scientia discretio quomodo misereat ignorat. Timor sine alijs nihil valer: quia ad omnia trepidans ab omnibus bonis opibus torpet. Tunc hec melius in disputatione discutenda sunt. Sequitur: a Non sum visione oculorum iudicabit. i. in iudicando non accipiet nec accipit personam. Act. x. e. Nunc cognoui quia non est personarum acceptor deus: sed in omni gente qui timeret eum acceptus est illi. Unde audacter arguens honoratos in populo dicebat: Vobis scribere et pharisaei: Mat. xxvij. b Neque sum auditum aurium arguet. i. non sum quod sonant verba exterius respondet: sed sum cor et intentione loquentis iudicat de verbis. Unde pharisaeis dicentibus: Magister sci mus quia verax es tu. respondit: Quid me temptatis hypocrite: Mat. xxvij. b. Similiter pharisaeos reprehendentes apostolos de hoc quod in sabbato ambulantes per stratas spicas manibus Africabant arguit dicens: Non legistis quid fecerit dauid quando eruunt sabbatum. Mat. xxvij. a. Per hoc aperte ostendit prophetam quod non est purus homo: sed deus et homo: qui non sum visa et auditus exterius iudicat: sed sum corda loquentium: quod solius dei est: quod ipse sol videt corda hominum. i. Reg. xvij. b. Et Hieron. xvij. b. Praecepit cor hois et inscrutabile: et quis cognoscet illum? Ego dominus scrutans corda et probans renes. c Sed iudicabit in iusticia pauperes: spiritus: quorum est regnum celorum: Mat. v. a. d Et arguet iniqus et supbos: e Pro malueris terre: quos ipsi infestant. q.d. ideo arguet iniqus: quia infestant malueros in terra: sicut arguit scribas et pharisaeos qui reprehendebant apostolos de hoc quod manducabant panem non lotis manibus. Unum ipsis dicentibus ei: Quare discipuli tui transgredirent traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum pane in manducant: Ipse autem respondet: ait illis: Quare et vos transgredimini mandatum dei proprie traditiones vestras: Mat. xv. a. f Et percutiet terram: id est terrenos corrigoendo: et amore terrenorum ab eis amouendo. g Virga oris sui: id est doctrina euangelij: quod pro illa parte sui dicitur virga: qua communis severitate iudicij. Illa enim

Esaie

specialitas batulat hominem et incutit timorem: et ideo dicitur virga: Ut est illud: Nam secundis ad radicem arboris posita est: Matth. viij. c. h Et spiritu labiorum suorum interficiet impium: id est spirituali doctrina procedente de labiis suis ad litteram. Unde mystice: i Interficiet impium: id est impietatem in eo: id est tollerat ab eo impietatem: et non erit impius. v. Prover. xij. 2. Thessal. 2. a. Verte impios et non erunt. Et Ps. Intra et nos. 9. pasti gentes et periret impius: id est in eo impietas. Ecce nunc chrysostomus habet in ore virginem: quia sola combinatione peccati: sed in futuro habebit in manu: quando actu percutiet: dices: Ite maledicti in ignem eternum: Matth. xxv. d. Unde Eccl. xlj. b. Vox tonitruis eius verberavit terram. Unde per virginem potest sententia iudicij accipi. Et est sensus: i Mercutiet terram. i. amatores terrenorum: qui nimio affectu vniuersi sunt terre: et quasi terra effecti. g Virga oris sui: id est sententia iudicij quam ipse metu perferat. Soph. i. d. In igne celi eius deuorabiles omnis terra: quod summatione cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. h Et spiritu labiorum suorum: id est regula precepti sui: i Interficiet impium: id est antichristum: sum apostolum. q. Thessal. q. b. Tunc reuelabit ille iniquus quem dominus interficiet spiritu oris sui. Et si michael eum interficiat: ut quidam dicunt: tunc in michael eum faciet dominus. k Et erit in impio percuesso: id est antichristo: i Justicia cingulum lumborum eius: id est tunc omnes iusti adhucrebunt ei: sicut cingulum adhucret lumbis viri. m Et fides cinctorum renu eius: id est omnes fideles ita astricci erunt ei: sicut cinctorum stricte adhucret corpori. q. d. Mortuo antichristo omnes iusti et omnes fideles adhucrebunt christo inseparabiliter in gloria. Unde. j. xlj. e. Tunc ego dicit dominus: quod bis omnibus velut ornamento vestieris: et circumdabis tibi eos quasi sponsa. Unde sic: k Et erit percuesso impio: id est amator impietatis: id est impiorum iustificans: i Justicia cingulum lumborum eius: id est impiorum iustificans adhucrebunt ei bene operando et caste viviendo: quod factum est nobis sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio. j. Cor. j. d. m Et fides: id est fideles. n Cinctorum renu eius: id est adhucrebunt ei: sicut cinctorum adhucret renibus ex omni parte. Hieron. xij. b. Sicut adhucret lumbare ad lumbos viri: sic agglutinavit misericordia domum Israel: et omnem domum iudea dicit dominus: et erunt misericordia in populo: et in nomine: et in laudem: et in gloriam. Nota. Sunt lumbi corporis et lumbi mentis. Et cingulum horum est duplex castitas: quod maxime per iustitiam acquiritur et custoditur. Luc. xij. e. Sunt lumbi vestrum periculi. Eph. viij. c. State secundum pericula lumbos vestros in veritate. j. Pet. j. c. Succincti lumbos mentis vestre: sobrium et perfecti sperate in ea quod offerit vobis gratia. j. xxxij. c. Accingite lumbos vestros super vbera: non potest intelligi de lumbis corporis: quia non sunt super vbera: immo sub. Similiter sunt renes corporis et sunt renes cordis. Cinctorum renum corporis est asperitas disciplinae: cinctorum renum cordis est fides: quia spiritualis fornicatio est idolatria. Unde Ps. Tunc renes meos et cor meum. Iheron. xij. b. Visit in renibus meis filias pharetrę sue. Moraliter. k Et erit iusticia tecum. Quasi pro eodem hic accipiet iustitia et fides: quia iustus et fidei vivit: Abacuk. q. a. Et lumbi et renes predicatorum et doctores: in quibus debet esse vis generandi filios spirituales: non carnales. l. debet habere cingulum iustitiae: ne male faciant: et cinctorum fidei: ne male cogitent. Unde Job. xl. a. Accinge sicut vir lumbos tuos. Ibi Gregorius. Qui cingit lumbos carnis: precipit per accingere lumbos mentis: ne qui contempnit luxuriam ruat in superbiam. Unde ista duo maxime precipitant predicatoribus. s. castitas et humilitas: ut sint casti et humiles. Sed certe per plurimos ipsi sunt illusores. Unde dicit dominus per Ps. Lumbi mei impletis illis: et ideo non est sanctitas in carne mea. i. in plebe mea. Deinde ostendit

B illabit lupus cū agno. f. illi q̄ remāserāt de decē trib⁹: que nunq̄ lēserūt decē. Per lupū ho intelligunt̄ duę trib⁹: q̄ semp̄ spolauerūt et infestauerūt duas. Sed tēpe ecechis cōperunt pacifice habitare cū duab⁹ innocentē viuen- do. Ezechias enī sicut dictum ē supra. x.

B 1.65.0. reuocauit in iuda illos q̄ remāserāt a captiuitate decez tribū. Et maxime tpe iofis⁹ ceperūt esse v̄l suerūt pacifici. Et iō bene dicit Habitabit lupus cū agno: et nō econuerso: q̄ illi de israel

b H̄abitabit lup⁹ cū agno: et pārdus cū hēdo accubabit. Vitulus et leo et ouis simul mōrabūt: et p̄lier puul⁹ minābit eos. Vitulus et v̄rsus p̄scentur: simul requiescent

habituuerūt in iuda cū duab⁹ tribub⁹. c Et pardus cū hēdo accubabit: vitulus et leo et ouis simul morabunt. Idē est qđ supra: sed p̄ diuersa aialia diuersa eorū v̄tia significat. Per lupū rapacitatē: p̄ pardū varietatē: p̄ vitulū luxuriā: p̄ leonē supbiā: p̄ v̄slū castrimagiā: per agnum ho et hēdu significant due trib⁹: in qb⁹ aliq̄ boni: aliqui malis fuerūt. Et puer puul⁹ minabit eos. i. iofias: q̄ puer ad l̄am fuit. i. octo āno: et cū regnare c̄p̄it. iiiij. Reg. xxv. a. Vel puer p̄p̄ innocētiā: paruul⁹ p̄p̄ būilitatē d̄r. m Et Vitulus et v̄rsus p̄scent: simul rechescet catuli eorū. i. iudē de israel et familię eorū multi in eadē hospitio morabuntur. r Et leo q̄si bos comedet paleas. i. decē trib⁹ q̄ solebat dep̄dari vicinos suos: erūt p̄tēi laborib⁹ suis. v Et delectabit infans ab ybere. i. gaudent ablactab̄t. i. sic mirabile ē si infans gaudent ablactet: ita mirabile fuit q̄ dñs q̄ tribulationē seguait decē trib⁹ ab ybere idolatrię in q̄ ipsi gaudebant tempore iofis: quia nullus eorum erat idolatra. y Sup̄ foramina aspidis: et i. caueris reguli q̄ ablactar̄ fuerit manū suā mittet. i. sup̄ sepulchra pseudo

Sedida. * Deinde ostendit p̄pha bona q̄ p̄tinget ex p̄sentia floris ascēsuri ex radice iesse: dicens: a H̄abitabit lup⁹ cū agno. i. q̄ p̄us erat sanguinari⁹ et seuer⁹ iuxta lupinā rabiē induit agnū māsuertudinē. Blo. Interl. nō dīc: agn⁹ habitabit cū lupo: s̄ ecōuerso: q̄ nō agn⁹ deposita māsuertudie assimilab̄t lupo i. ferocitate: s̄ lup⁹ deposita feritate assimilab̄t agnō i. simplicitate. Ad hūc modū sat̄ elegant et exq̄site māf augustini cōuersa ad fidē: cū exponeret ei somniū suū: dixit: Fili videbas bac nocte in somniū q̄ sederes mecum directe i. eadē linea. Ad quā ille: Elegās ē inq̄t somniū tuū māf: q̄ hodie ānuēte deo resipices a secta christianorū erronea: et ita sedebis mecum in eadē linea. i. eris mecum in eadē sentētia. Nō inq̄t fili mi dictū est mibi q̄ ego tecū sedere s̄ tu mecum. Et ita factū est posse: q̄ ipse bapticat⁹ est: et fuit cū m̄re sua in eadē fidei sentētia. Vel sic: a H̄abitabit lupus. i. saulus factus pa- lus. b Cū agno. i. cū ananias simplici et māsuerto: Acti. ix. c. quem p̄p̄ p̄sc̄q̄baſ ad mortem: et p̄formab̄t se illi. Vel fm aliam Blo. a H̄abitabit lupus. i. saulus prius rapax: b Cū agno. i. cum petro māsuerto: p̄formādo se illi. Unde Gen. xl. d. Beniamin lup⁹ rapax: mane comedet p̄dā: et ve- spere diuidet spolia. Et sat̄ p̄grue māsuertudo agnū attribuit petro: Nā ei specialis cōmendati sūt agnū: Job. xxi. d. Sic maria virgo iohannī virginī cōmendata est: Job. xix. e. q̄ similia similib⁹ congaudēt. Hebrei intelligūt hoc de messia quem expectant: dicētes: q̄ veniente eo: venient ad cumulū felicitatis et iocunditatis: quā fabulan̄ se habituros post mille annos: ferocia animalia: vt leones: et pardi: et v̄ssi: et lupi māsuescent v̄sq̄ adeo: vt mansueti animalib⁹ sine lesionē cohabitēt. Sed Hiero⁹ suggillat eos dicens: Si omnia ad littoram accipiēda sunt: quō rebus incorpozeis: id est iusticia et veritate possunt circumdari renes dñs: c Et pardus cū hēdo accubabit: id est superb⁹ deposita varietate: cū hu- mili penitente habitabit in ecclesia sicut humilat⁹. Siches- dus accipitur in bono. Unde dicit Hiero⁹ q̄ hēdus imola-

batur in pascha quādo agnus non inveniebat. Aliquādo ac- cipitur in malo pro peccatore non penitente. Matth. xxv. c. Statuer oues a dextris: hēdos autem a sinistris. d Et Eli- tulus: id est pr̄tis vorax et recubās: nūc autem carnē suam mortificās. e Et leo. i. nobilis et ferox prius: nūc humilia- tus et mansuetus. f

Et ouis. i. innocens paup. g Simul in eccl̄ia: h Abora/ al. tablactab̄t bunf effecti similes. Al. tuberib⁹ Al. tcauerna diversa aialia pacifi- ce habitabāt. Et disc⁹ petri. Act. x. b. Job. xxx. d. Frat̄ fui draconū et soc⁹ struthionū: Cōtra illos q̄ nō possūt pati dis- cholos. Ouis et leo simuli morati s̄t: q̄n cecilia ouis argumē- tosa cū valeriano q̄ ea de m̄fimoniō imp̄atebat pacifice ha- bitauit: et eum ad fidē inclinauit. Et puer puul⁹. i. pe- trus p̄scator et andreas et aliq̄: vel christ⁹: de q. s. ix. b. Par- uulus datus est nobis. k Asinabit. i. ducet. l Eos i viā pacis. m Vitulus/innocens nūc: prius ceruicosus. n Et v̄rsus/ntūc sobrius: p̄us gulosus. o Pascent/ verbo dei. p Simul rechescet in eccl̄ia. q Catuli eo- rū. i. familię eorū pasti lacte simplicis doctrine. r Et leo: id est rex. s Quasi bos. i. rusticus: t Comedet pa- leas. i. simplicē intellectū historię. q. d. Reges et p̄ncipes hu- milis et attente audiet p̄dicationē verbi dei: sicut et ppli. Vel ad l̄am. r Leo. i. nobiles et magni. s Quasi bos co- medet paleas. i. q̄si rusticus q̄dam comedet panē durum et paleatū: non cibaria delicata. j. xxx. e. Pascent in possessio- ne tua agn⁹ spaciose tauri tūt̄. j. lxv. d. Lupus et agn⁹ pa- scentur simul: leo et bos comedet paleas. i. magnus p̄hs sicut et simplex et ignar⁹: psalmos ruminabit: quemadmodū augu- stin⁹/cyprian⁹ et dionys⁹: t ceteri philosophi p̄uersi ad fidē.

Dystice

Dystice: Prophētia ē hic d̄ vocatiōe gentiū: et vnanimi cohabitatiōe i. eccl̄ia cū iudēt̄. v Et delectabit/ vel ab- lactab̄t infans. Fecerat p̄pha longā digressionē osidens ea q̄ futura sūt tempe floris ascēsuri de radice iesse: adhuc de bñficijs eius: p̄sequit̄ p̄ simile pueri ludentis: cui⁹ ludus erit q̄ ablactat⁹ ab ybere: ponet manū suā in cauerina aspidis et reguli: q̄ solo v̄slu vel flatu solēt̄ aues et hoies eneruare: nō enī nocebūt̄ ei. Per aspidē et reguli itelligēs diabolū q̄ flatu suggestiōis sue m̄ltos necare solet. Per cauerinas eorū intelli- git cor: pa obsestorū: v̄l venenosa corda p̄tōx: i. qb⁹ q̄si i cauer- nis p̄prijs habitat demones. S̄z dñs manu v̄tūs suę et p̄di- catiois tā p̄ se q̄s p̄ ap̄los extraxit foras sine oī ūtē. Et h̄: Et delectabit/ vel ablactab̄t infans. i. christ⁹ inocēs et humili: vel apli malicia paruuli sensu pfecti. i. Cor. xliij. d. o. r Ab ybere. i. ab amore tpaliū: vel a carnalib⁹ desiderijs. y Sup̄ foramina aspidis. i. sup̄ corda p̄tōx que sunt habitacula diaboli. z Et i caueris reguli. i. in ca- uernosis cordib⁹ p̄tōx v̄bi latebat diabol⁹. a Qui abla- ctat⁹ fuerit. i. a lacte tpaliū separat⁹. b Hanū suā. i. ope- rosam et efficacē p̄dicationē suā: c Dicit̄ ad extrahē

* dum diabolū de

Moraliter v Delectabitur infans ab ybere t̄c. Moraliter Per ybera intelligūt bona tpalia: i. qb⁹ pueri delectant̄: qb⁹ lactata fuit eccl̄ia adhuc infans: q̄n reges dederūt tpales di- uitias et terrenas possētēdes. Al. j. xl. f. Erūt reges nutritiū tui et regine nutrices tue. Itē. lx. c. Suges lac gētū: et māmil la regū lact̄ber̄: dīc dñs eccl̄ia q̄si infantule. Et sat̄ p̄grue p̄ ybera accipiūt tpalia: q̄ siē mat cū vult ablactare puerum: ponit aliqd amarū sup̄ ybera: ita dñs multā amaritudinē sup̄ posuit tpaliū: et adhuc n̄fā infantula. i. eccl̄ia nō p̄t ablacta- ri: et iō non est q̄ extrahat regulū vel aspidē de cauerina sua. Verunt̄ qui ablactat⁹ ē audaci ponit manū suā. y Sup̄ foramina aspidis et i caueris reguli et extrahit eos. b

e 3 * est p̄dicator aut

Libri

Lapharū sicut isrl misit manū suā iofias: et extrahit ossa eoz et cōbussit.iiij. Regi. xxiij.d. fīm q. ppherauerat abdo. iiij. Regi. xiij.a. Per ablactatū enī intelligit iofias: q̄ oīno ab idolatria imunis fuit: vel illi q̄ secū fuerit de reliquijs isrl. Per aspidē venenosam t̄ regulū qui iuxta se herbas cōburit: intelligunt pseudo pphete: q̄ viro/

El. topiētēs

No. 15.c.

ré fidei in iudeis de/ struebat: t̄ ad idolatri am puertebat. Unde Thren. iiij.a. Lamig nudarūt māmas lac/ tauerūt catulos suos: id ē pseudo pphete do/ cuerūt idolatriā iude/ os. Per foramia t̄ ca/ uernas intelligunt se/ pulchra eoz. Verba

a **N**ō nocebūt ēt nō occidēt ī vniuerso mōte sc̄tō meo: qz d̄ repleta ē terra sc̄tia dñi si/ clut aq̄ marl topiētis. In die illa rādix iesse q̄ stat ī signū pploz: ipsum gētes depca/ bunt; et erit sepulchz ei⁹ glo/ piosū. Et erit ī die illa adūci q̄ et dñs secūdo manū suā ad possidēdū residuū pploz sui: qd̄ relinquet ab assyrijs t̄ ab egypto t̄ a phetros t̄ ab ethi/ opia/ et ab elam et a sennaar t̄ ab emath et ab insul marl.

b **E**t nō occi/ dent iudeos puertēdo ad idolatriam. **c** **I**n vniuerso mōte sc̄tō meo. in vniuersa terra iuda: q̄ est montuosa: qz iofias exterminauit ab ea oēs idolatras. **d** **Q**ui reple/ ta ē terra iuda. **e** **S**c̄tia dñi. i. lege dñi. **f** **S**ic aq̄ maris op̄iētis: vel op̄iētis alueū suū siue fūdū aluei sui: fīm Day. q. d. abūdant replebit scientia dñi. Legit enī. iiij. Regi. xxiij.a. q̄ iofias ascēdit ī templū: et gregat cūcti vi/ ris iuda t̄ senib⁹ t̄ sacerdotib⁹ t̄ oī populo: fecit legi oia ver/ ba libri regi in templo: et p̄cussit ipse t̄ oīs pploz pacū cum dño: t̄ oēm idolatriā exterminauit. **g** **I**n die illa. s. q̄ hēc facta fuerūt: erit. **h** **R**adix iesse. i. iofias in q̄ stirps iesse radicata ē. **i** **Q**ui stat ī signū pploz. i. stabit in signū et exemplū recōciliationis t̄ fidei. **j** **I**psū gentes dep/ cabunt. f. tharacha rex ethiopie ne p̄mitteret rege egypti trāsire p̄ ethiopie ad impugnādū se. Qd̄ fecit iofias pploz qd̄ occisus ē dū resisteret nechao regi egypti. iiiij. Regi. xxiij.f. et. q. Paral. xxv. d. m. **Et** erit sepulchz ei⁹ in q̄ sepult⁹ fuit: glōsū: qz eo p̄ rāta fidelitate t̄ amicitia īterfecto/fons iuxta q̄ occisus est in campo magedon siccat⁹ est statim: et olea q̄ iuxta fontē erat statim aruit. **o** **E**t erit ī die illa. Sc̄da pars caplī fīm hāc expositionē: in q̄ agit. pphā de re/ ditu iudeorū a captiuitate babylonica: et d̄ his q̄ facta fuerūt post regressū eoz v̄sq ad t̄ps machabeorū fere. Dicit q̄: **E**t erit ī die illa/ completo t̄pe captiuitatis babylonice regnāte sc̄z cyro. p. **A**dīsiet dñs sc̄do manū suā. i. op̄ mise/ ricordiq̄ suę. q. **A**d possidēdū residuū pploz sui. i. ad reuocādū residuū pploz sui in tra iuda: vt ēt possideat. **G**ecū/ do diē respectu liberatiōis facēt sc̄b ezechia/ infecto exercitu sennacherib. Residuū dico: **r** **O**d̄ reliquet ab assyrijs. i. a babylonij nō occisū. **s** **E**t ab egypto. i. ab ethiopie q̄ venerūt cū nabuchodonosor i hierusalē. **v** **E**t a phe/ tros. Dicūt q̄ phetros fuit fili⁹ abrae ex ceterura: a q̄ terra sic dicta ē. **x** **E**t ab ethiopia/ t̄ ab elam/ t̄ a sennaar/ t̄ ab emath: hec est antiochia. **y** **E**t ab insul maris/ occidentalis. **l** **I** oēs venerūt cū nabuchodonosor ad destrue/ dam hierusalē: et ad oēs has regiones iudei capti ducti sūt: sed maxima ps i babylonē. Sed cyrus ad oēs regiōes misit ep̄las: vt q̄liq̄ h̄et iudeum captiuū/ dimitteret eum liberū/ abire in hierusalē.

Mystice

* dū diabolū de cauerna sua. Job. xxvi. d. **O**bstetricāte ma/ nu eius/ educt⁹ est coluber tortuosus. **a** **N**on nocebūt/ ei aspis t̄ regulus. **b** **E**t non occidēt/ aliquē. **c** **I**n vniuerso mōte sc̄tō meo. i. in ecclia. **d** **Q**ui reple/ ta ē terra sc̄tia dñi. i. doctrina euāgelij. **f** **S**ic aque marl op̄ient. i. sicut terra repleta aqua: vel aque maris ope/ rentis terrā fluctib⁹. Verbu enī replēdi p̄struit cū genitivo et ablative. q. b. pphā: H̄ec oia bona euēnēt puerō nato: qz oīs fra replebit sc̄tia el⁹. Abacuk. iiij.c. Replebit fra vt co/ gnoscat gloriā dñi: q̄si aque op̄iēt mare. Compak autē sc̄tia dñi aque marl nō dulci: qz ventrē. i. mentē bibēt amari/ ficat. Apoc. x. d. Ezech. iiij.a. Et vide qz cū v̄sq huc. pphā/ uerit obscure t̄ metaphorice de christo: nunc in fine pphete

Esiae

suę aperit qd̄ obscure sub metaphora dixerat. **U**n. 3. v. b. cū multa dixisset de synagoga sub metaphora vineę: i. fine totū aperuit dicēs: Ulinea dñi sabaoth dom⁹ isrl ē.

* ē: pphicator aut doctor q̄ aio separ⁹ ē ab amore tpaliū/ pe/ nit⁹ itēdit p̄bo t̄ expēlo p̄uersiō p̄ctōp: t̄ exp̄lisiō dēmonū

Moraliter

de cordib⁹ eoz: et i h̄ ē

delectatio sua: qd̄ sup

omia placet deo. **U**n.

Greg. Nullū sacrifi

cū adeo placet deo/ si

cut celus aīarū. **D**e h̄

dicit Zech. vij.b. Ec

ce q̄ egrediunt in ter

rā aq̄lonis req̄escere

fecerit sp̄m meū in ter

ra aq̄lonis. In terraz

aq̄lonis egrediunt: q̄

in mūdū exēut ad p̄dicādū: et hi sp̄m dñi req̄escere faciūt in

tra aq̄lonis: cū p̄ctōres p̄uertūt ad dñs. **S**z certe tales oport

et esse p̄us ablactatos: vt dīctū est. **U**n. i. xxviij.c. Quē do/

cebit scia: t̄ quē ītelligere faciet auditū: Ablactatos a lacte: auullos ab vberib⁹. **R**egul⁹ autē t̄ aspis d̄: diabol⁹: qz regu/

lus aues volantes interficit: aspis aīalia terrestria necat: sic diabol⁹ aues volates. i. claustrales aliq̄ni interficit et tūc ē re/

gul⁹: t̄ aīalia terrestria. i. seculares. t̄ tūc ē aspis. **g** **I**n die illa t̄ c̄. Adhuc pphā p̄lequis metaphora flor̄: quā lat̄ ape/

ruit vbi dīctit: Repleta ē terra sc̄ia dñi/ ostēdēs q̄ nō loq̄baſ de flore arbors: s. de p̄le yḡis: nūc eundē quē p̄l̄ florē vo/

cauit: vocat radicē iesse/ dīctis: **I**n die illa p̄uisa a dñi. i. in

die passiōis: erit supple. **h** **R**adix iesse. i. chāst⁹ hō: q̄ dīc

Apoc. xl. d. Ego radix iesse. **i** **Q**ui stat: id est stans.

k **I**n signū pploz. i. ī cruce: vt oia trahat ad seip̄sū: sic ip̄ se dīctit Joh. xij.e. Si exaltat⁹ fuero a tra oia trahā ad meip̄ sū. q. d. **I**n die illa stabit dñs eleuat⁹ ī cruce: vt b̄ sit signū po/

pul⁹: q̄ collectur ē eos de q̄ttuor p̄tib⁹ mūdū: q̄ p̄ q̄ttuor bra/ chla cruc̄ designant. **T**el/ stabit ī signū pploz. i. ī cruce

q̄si signū positū ad sagittas blasphematiū. **T**hren. iiij.b. Te/ tēdit arcū suū t̄ posuit me q̄si signū ad sagittā. **T**el/ stabit ī

signū pploz. i. ī cruce signās p̄ b̄ q̄ null⁹ intrabit in celū

q̄ crucē: q̄ hēc ē scala iacob/ attigēs a tra v̄sq ad celū: et dñs inq̄ ē scalē. **G**en. xxvij.c. **U**n. Mat. x. d. Qui nō acci/

pit crucē suā t̄ sequit me: nō est me dign⁹. **T**el/ stabit in si/

gnū pploz. i. ī cruce q̄si pugnat⁹ p̄ pploz: sic stephanus

vidit eū stantē. **A**ct. vij.g. **T**el/ Stabit ī signū pploz. i. ī discretionē: q̄ boni credūt ei: mali h̄o p̄dicūt ei. **U**n. sy/

meon Luc. iiij.e. **H**ic posit⁹ ē in ruinā t̄ resurrectionē mītōp t̄ ī signū cui p̄dīctet. **D**e h̄ signo cruc̄. s. d. **M**ume. xxij.c. **F**ac

serpētē ēneū t̄ pone eū p̄ signo. **E**t. i. lxij.d. Trāsite p̄ por/

tas: p̄pate vīa pplo: planū facite iter: et eligite lapides: et ele/

vate signū ad pploz. Septuagita ponūt hanc līam. Erit ra/

dix iesse/ t̄ q̄ exurget regere gentes/ ī eū gētes sperabūt. Et hāc līam ponit ap̄ls: Roma. xv.c. **l** **I**psū gētes depca/

bunt⁹: p̄ resurrectionē t̄ ascēsionē. **m** **E**t erit sepulchz ei⁹/ in q̄ iacuit: **n** **S**hiolū: q̄ honorabīt ab homib⁹. **B**lo.

Hiero. Septuagita. Qui p̄surget vt sit p̄nceps gētiū: ī ip/

sū gentes sp̄abūt: et erit requies ei⁹ honor. i. mors ei⁹ ghōla: que reques d̄: qz p̄ eam ī ipso req̄escim⁹ t̄ viuim⁹ vita grē: et

tandē viuem⁹ vita glorię. **o** **E**t erit ī die illa/ cū steterit

tesus ī signū pploz. i. postq̄ steterit ī cruce t̄ resurrexerit:

p **A**dīsiet dñs sc̄do manū suā. i. vtutē suā. q̄ **A**d

possidēdū residuū pploz sui: q̄ sup̄fuit tant̄ clādibus.

r **O**d̄ reliquef nō occiū. **s** **A**b assyrijs t̄ ab egypto t̄ a sennaar

ar/ t̄ ab emath/ t̄ ab insul marl/ occidentalis: ne tm̄ videatur

orientales signare. **A**pli enī ī toto orbe p̄dicauerūt euāge/ liū: et de oib⁹ illis gentib⁹ aliquos querterūt. **U**n. Ps. In Ps. 18.

oēm tra exiuit son̄ eoz. **S**c̄do autē dīct: qz p̄mo p̄ se labora/

uit t̄ postea p̄ ap̄los: **A**pli: qz p̄mo ap̄los cū pauc̄ possedit:

postea multa milia iudeorū per apostolos acquisiuit. **T**el se/

c̄do. i. p̄dīcationē belieg t̄ enoch: ad quā reliquē isrl salutē fieri.

* **E**t leuabit dñs p̄

Gabire in hierusalē. Et h̄ est qđ sequit: a **E**t leuabit dñs p
cyrū. b **S**ignū in natiōes. i. decretū de licetia redēsidi
data iudēs. Quo audito p̄gregati sūt iudei: sic in exercitib⁹
p̄gregant̄ disp̄si ad vexilli elevationē. d **E**t cōgregabit
p̄fugos isrl. i. deccē tribū. e **E**t disp̄los iuda. i. dua
rū tribū: f **L**ollī

B **E**t lēuabit signū i natiōes:
b **E**t p̄ḡabit p̄fugos isrl: Et
d̄isp̄los iuda colliget a q̄
tūor plagi terre: et aufereſ
celus ēphraim et hōstes iu
da p̄erbunt. Ephraim non
emulabit iudā: et iudas non
pugnabit ēphraim. Et vō
labūt in humeros philistijm
deccē trib⁹: g **P**erib
būt inqntū hostes: q̄
recōciliabūt: et sic gibit hostilitas i illis. Sile Prover. xij. a.
Verte imp̄s et nō erūt imp̄s / supple. m **E**t volabūt i hu
meros philistijm. i. robur et fortitudine tr̄ philistijm ve
locit occupabūt. s. iaccon / t̄ tyrū / t̄ ascalonē / t̄ gaçā: q̄ sūt p̄nci
pales tr̄ philistinoz̄ ciuitates. In hūeros aut̄ dic̄: q̄ gra
ues et onerosi eis fuerūt: et etiā tributū imposuerūt eis. n **P**er
mare s̄l̄ h̄dabūt filios oriēt. i. s̄biugat̄ philisteis cū eis
q̄ erāt periti i mari subiugabūt sibi oriētales. Aliq̄ sic p̄fūtāt:
m **V**olabūt in humeros philistijm p̄ mare. Idē est
sen̄. i. adiutorio et labore philisteor̄ velocit currēt p̄ mare: et
sic o **S**imil. i. cū philisteis: vel sic philisteos: p **M**re
dabūt filios oriēt. i. oriētales. Nā philistei sūt occidēta
les respectu hieralē. **I**dumea et moab p̄ceptū man⁹
eorū. i. idumei et moabit̄ ad eorū nutū implebūt oia p̄cepta
iudeor̄: nō expectat̄ etiā vocē p̄cepti: s̄ ad solū nutū dīgit̄
faciēt iussa sibi. **E**t filii āmon obediētes erunt eis. t **E**t desolabit.
Lertia ps: in q̄ agit de desolatiōe egypti
facta p̄ grecos: licet glo. dicat p̄ romanos. Musq̄ em̄ legiſ
q̄ romani egyptū deſtruxerint: s̄ de alexandro magno legiſ
in historiā grecor̄. Et q̄ nilus imp̄ediebat eū: diuſit illū p̄
septē alueos: ita q̄ pedites libere transire poterāt. Postmo
dū p̄ regnāt̄ octauiano augusto: et nato dño: regnū egypti
deſtructū ē: mortua cleopatra: et diuſi in septē p̄ncipes: et
tūc romani ampliauerūt alueos q̄s fecerat alexander: et tunc
pene exticcat̄ ēnilus oīno: ita vt sicc̄ pedib⁹ trāſirēt. Dicit q̄
Et desolabit dñs p̄ alexandrū magnū. v **L**inguā ma
ris egypti. i. mediū mar̄ egypti. Mos ē loquēdi: vt q̄ lin
guā e in medio oris: iō linguā mar̄ dī mediū el̄. x **E**t le
uabit manū suā sup̄ flumē. i. sup̄ regnū egypti. Tel ad
līaz sup̄ nilū. y **I**n fortitudine pp̄li sui: adducēdo roma
nos: dicit glo. leḡ melī ē: adducēdo grecos. z **E**t p̄cutiet
eū. i. nilū. a **I**n septē riuijs. i. p̄ septē alueos diuidet eū.
b **I**ta vt tranſeat̄ per eū calciati. i. pedites siccis pe
dibus. c **E**t erit via residuo populo meo qui re
linquetur ab assyriis: id est a babylonis. T̄ angit histo
riam que tangitur. i. xxx. Et h̄iere. xlj. Quia cum iudei cō
tra cōſilium hierem̄ descendissent in egyptū: venit nabuch
odonosor et captiuauit illos in terram suam. Sed forte ali
qui pauci remanserunt in egypto: Et de illis dicitur hic:

Secunda: a **E**t leuabit dñs p̄ ap̄los. b **S**ignū cruci in q̄ est
expositio victoria: vt sciāt oēs in q̄ diabol⁹ vici: et i q̄ p̄t̄ vinci. Un
et signū cruci in fronte facim⁹ ad īḡminia diaboli q̄ in ea vic
tus ē: et gl̄ia christi q̄ ea vicit. c **I**n natiōes. i. in oēs gen
tes. d **E**t cōgregabit p̄fugos isrl: et disp̄los iuda
colliget ad fidei vītātē. g **A**q̄tuor plagi terre: i. ex
oi pte mūdi. Et h̄ videſ impletū i die pentecostes. Un Acr.
q̄. a. Erāt aut̄ in hierusalē habitatēs iudei viri religiosi ex oī
natiōe q̄ sub celo ē: Et quib⁹ crediderūt i vna die tria milia:
Acr. i. g. Et alia die quinque milia: Acr. liij. a. h **E**t ause
ret seūs. i. odiū: i **E**phraim / cōtra iudā. k **E**t ho

stes iuda. i. ecclīe p̄fitēs laudes christi. l **P**eribūt in
bono vel in malo. llaymo. Qū esatas h̄ dicebat int̄ duas et
decē trib⁹ erat discordia inexorabilis: Credētes aut̄ in christū
pacificat̄ sūt et i fide christi et vītātē charitat̄ vītātē. Ezech.
xxvij. e. Ecce ego assumā lignū ioseph qđ ē in manu ephra
im: et trib⁹ isrl que iū
ct̄ sūt ei: et dabo illud
eis parit̄ cū ligno iu
da: et faciā eos i lignū
vnū: et erūt vnum in Al. tel⁹
manu ei⁹. Et postea
exponit se. p̄pha dicēs:
Ecce ego assumā fili
os isrl d̄ medio natio
nū ad q̄s abierūt: et cō Al. t̄sp̄s
gregabo eos vndiq̄:
et adducā eos ad hu
mū suā: et faciam eos
genē vna i tra i mon
tib⁹ isrl: et rex vn⁹ erit oib⁹ imp̄ans: et nō erūt vltra due gētes:
nec diuident̄ ampli⁹ i duo regna. m **E**t volabūt i hume
ros philistijm. s. apli. i. celerti desiderio et feruēti affectu ve
niēt vsc̄ ad tr̄ philistijm: et sup̄ humeros eoz ascēdet. i. eos
christi iugo s̄b̄cīt̄. n **P**er mare. i. p̄ mītas amarstudies:
q̄s ipsi apli sustinerūt. Tel. **P**er mare / baptisimi. o **S**il
. p̄cordis. p **M**redabūt. i. diabolo auferēt. q **S**ili
os oriēt. i. chalit̄. De q̄ Luc. j. g. Visitauit nos oriēt ex alto.
Zach. vi. c. Ecce vir oriēt nomē ei⁹. Hui⁹ filij st̄ oēs p̄desti
nati ad vitā. Job. j. a. Erat iob. i. dolēs / magn⁹ int̄ oēs oriē
tales. Ecce h̄ habem⁹ q̄ p̄dicatores debēt volare. Un. j. ix. b.
Qui st̄ isti q̄ vt nubel volat. Sz p̄mo debēt ec̄ suspēsi a tra. i.
ab amore frenoz̄. Job. viij. c. Suspēdū elegit aia mea. Secū
do debēt alas mouere. i. vtutes opib⁹ agitare. Debēt etiā p̄t
nue mouere: ne si ad modicū cesserit cadat. Acr. xx. f. Per
trienniū nocte et die nō cessauit monēs cū lachrymis vnum/
quēq̄ vīm. Itē cū auditate debēt volare. Job. xxxix. d. De
longe oculi ei⁹. p̄spicūt̄: et vbcūq̄ fuerit cadauer statū adest.
Itē debēt volare i humeros p̄ctōz̄ nō in aures: q̄ ad h̄ de
bet esse p̄dicatio: vt bñ opari faciat: nō vt aures demulceat.
j. xi. a. Loq̄mini ad cor hierusalē. Eccl. xxi. a. Musica i lu
ctu importuna narratio: flagella et doctrina in oī rēpe sapia.
r **I**dumea et moab p̄ceptū man⁹ el̄. vel / eoz / faci
ent. s **E**t filii āmon obediētes erūt eis. i. aplis. Per
istas tres gētes / oēs p̄ctōres intelligunt̄. Idumea / sanguinea
interpret̄: et significat luxuriosos. Moab ex p̄ie: et significat
supbos. Ammon / p̄pls iniqu⁹: v̄l / p̄pls inutil⁹: et significat aus
ros. Oēs isti faciliter p̄ceptū manus: id est cum vident p̄dica
tores mōstrarē exēplo qđ p̄dicat̄ p̄bo / credit̄ et obediūt. Osee
xii. c. Ego vīsionē multiplicauit: et in manu p̄phetarū assimil
at̄ sum. t **E**t desolabit dñs linguā mar̄ egypti. i.
sicut idumei et moabit̄ et āmonite credent aplis: ita et egypt
i⁹ q̄ sup̄ omēs laudabāt idola. M̄ystice: linguā maris M̄ystice
egypti / est sapiētia mundi: quā dñs defolauit: quia per p̄
dicationē crucis stultam monstrauit. j. Cors. j. c. Monne stul
tam fecit deus sapiētia huius mīdi: Item linguam egypti
desolabit dñs: quando linguam blasphemā vel vaniloquā
in linguam psalmodiant̄ et peccata confitentes comurat. j.
